**Basic Sentences**

1.1. Manus manum lavat.
1.2. Impedit īra animum.
1.3. Spem successus alit.
1.4. Fugit hōra.
1.5. Occāsiō facit fūrem.
1.6. Vincit vēritās.
2.1. Fūrem fūr cognōscit et lupum lupus.
2.2. Diem nox premit, diēs noctem.
2.3. Pecūnia nōn satiat avāritiam sed irrītat.
2.4. Vītam regit fortūna, nōn sapientia.
2.5. Senātus populusque Rōmānus.
3.1. Fūrem fūr cognōscere potest.
3.2. Quis fūrem cognōscere potest?
3.3. Quem occāsiō facit?
4.1. Fortiter, fidēliter, fēlīciter.
4.2. Vēritās numquam perit.
4.3. Prūdēns cum cūrā vīvit, stultus sine cūrā.
4.4. Gladiātor in harēnā capit cōnsilium.
5.1. Ā fonte pūrō pūra dēfluit aqua.
5.2. Fīnis corōnat opus.
5.3. In omnī rē vincit imitātiōnem vēritās.
5.4. Vānēscit absēns et intrat novus amor.
5.5. Fortem Fortūna adjuvat.
6.1. Occāsiō aegrē offertur, facile āmittitur.
6.2. Ā cane nōn magnō saepe tenētur aper.
6.3. Multitūdō nōn ratiōne dūcitur sed impetū.
7.1. Magna dī cūrant, parva neglegunt.
7.2. Ācta deōs numquam hūmāna fallunt.
7.3. Crūdēlis lacrimīs pāscitur nōn frangitur.
8.1. Parva levēs capiunt animōs.
8.2. Astra regunt hominēs, sed regit astra Deus.
8.3. Vulpēs nōn capitur mūneribus.
9.1. Dīvīna nātūra dedit agrōs; ars hūmāna aedificāvit urbēs.
9.2. Ālea jacta est.
9.3. Caesar prō castrīs cōpiās prōdūxit et aciem īnstrūxit.
10.1 Oculī sunt in amōre ducēs.
10.2 Ars longa, vīta brevis.
10.3 Necessitūdō etiam timidōs fortēs facit.
11.1 Hominēs, dum docent, discunt.
11.2 Ut fragilis glaciēs, interit īra morā.
11.3 Postquam Crassus carbō factus, Carbō crassus factus est.

**Basic Sentences (cont.)**

12.1 Cōgitur ad lacrimās oculus, dum cor dolet intus.
12.2 Noctēs atque diēs patet jānua.
12.3 Multum lacrimās verba inter singula fundit.
13.1 Condidit urbem Rōmulus quam ex nōmine suō Rōmam vocāvit.
13.2 Nīl agit exemplum, lītem quod līte resolvit.
13.3 Citō fit quod dī volunt.
13.4 Semper inops quīcumque cupit.
14.1 Invādunt urbem somnō vīnōque sepultam.
14.2 Stēlla facem dūcēns multā cum lūce cucurrit.
14.3 Vōx audīta perit, littera scrīpta manet.
15.1 Fortūnā fortēs adjuvante, perīculum vincitur.
15.2 Caesar, obsidibus acceptīs, exercitum in Bellovacōs dūcit.
16.1 Sōlitūdō placet Mūsīs, urbs est inimīca poētīs.
16.2 Hōc tempore nūlla cīvitās Athēniēnsibus auxiliō fuit praeter Plataeēnsēs.
16.3 Inopī beneficium bis dat quī dat celeriter.
16.4 Impōnit fīnem sapiēns et rēbus honestīs.
17.1 Imāgō animī vultus; indicēs oculī.
17.2 Jūstitia omnium est domina et rēgīna virtūtum.
18.1 Caecī...ducem quaerunt; nōs sine duce errāmus.
18.2 Ex ōre tuō tē jūdicō.
18.3 Vēnī, vīdī, vīcī.
18.4 Effugere nōn potes necessitātēs; potes vincere.
19.1 Trahimur omnēs studiō laudis.
19.2 Quī sēsē accūsat ipse, ab aliō nōn potest.
20.1 Non omnēs eadem mīrantur amantque.
20.2 Ubi lībertās cecidit, audet līberē nēmō loquī.
21.1 Et monēre et monērī proprium est vērae amīcitiae.
21.2 Difficile est longum subitō dēpōnere amōrem.
21.3 Labōrāre est ōrāre.
21.4 Juvat īre et Dōrica castra
dēsertōsque vidēre locōs lītusque relictum.
22.1 Hominis mēns discendō alitur et cōgitandō.
22.2 Timendī causa est nescīre.
23.1 Caesar mīlitēs pontem facere jubet/jussit.
23.2 Caesar dīcit mīlitēs pontem facere.
23.3 Caesar dīxit mīlitēs pontem facere.
24.1 Caesar mīlitēs pontem fēcisse dīcit.
24.2 Caesar mīlitēs pontem factūrōs (esse) dīcit.
24.3 Victōrem ā victō superātum esse saepe vidēmus.
25.1 Melior est canis vīvus leōne mortuō.
25.2 Intolerābilius nihil est quam fēmina dīves.
25.3 Omnium Gallōrum fortissimī sunt Belgae.
25.4 Nihil tam cito redditur quam ā speculō imāgō.
26.1 Nox erat, et caelō fulgēbat lūna serēnō inter minōra sīdera.

**Basic Sentences (cont.)**

26.2 Sed quis custōdiet ipsōs custōdēs?
26.3 Vēritās vōs līberābit.
26.4 Aut inveniam viam aut faciam.
27.1 Nōn sum ego quod fueram.
27.2 Āctiō rēcta nōn erit, nisi rēcta fuerit voluntās.
28.1 Dīc hominem lepidissimum esse mē.
28.2 Contrā verbōsōs nolī contendere verbīs.
28.3 Ūtere quaesītīs opibus; fuge nōmen avārī.
29.1 Rapiāmus, amīcī, occāsiōnem dē diē.
29.2 Longiōrem ōrātiōnem causa forsitan postulet, tua certē natūra breviōrem.
29.3 Utinam id sit quod spērō.
30.1 Sciō quid sit amor.
30.2 Interrogāvī ipsōs an essent Christiānī.
30.3 Forsitan et Priamī fuerint quae Fāta requīrās.
31.1 Mediō ut līmite currās moneō.
31.2 Orgetorīx Helvētiīs persuāsit ut dē fīnibus suīs exīrent.
32.1 Hīs rēbus fiēbat ut minus facile fīnitimis bellum īnferre possent.
32.2 Nē tē uxor sequātur, timēs.
33.1 Tanta vīs probitātis est, ut eam in hoste etiam dīligāmus.
33.2 Nōn ut edam vīvō, sed ut vīvam edō.
34.1 Caesarī cum id nūntiātum esset, mātūrāvit ab urbe proficīscī.
34.2 Cum prīmī ōrdinēs hostium concīdissent, tamen ācerrimē reliquī resistēbant.
34.3 Multa quoque et bellō passus (est), dum conderet urbem.
34.4 Ōderint, dum metuant.
34.5 Magis valērem, sī hīc manērēs.
34.6 Sī vēnissēs ad exercitum, ā tribūnīs mīlitāribus vīsus essēs; nōn es autem ab hīs vīsus; nōn igitur profectus es ad exercitum.
35.1 In voluptāte spernendā et repudiandā virtūs vel maximē cernitur.
35.2 Sapientia ars vīvendī putanda est.
35.3 Caesarī omnia ūnō tempore erant agenda.
35.4 Ītur in antīquam silvam.
35.5 Quid agitur, Calidōre? Amātur atque egētur ācriter.
35.6 Prīvātum. Precāriō adītur.
35.7 Nunc est bibendum, nunc pede līberō tellūs pulsanda.